Miseranter q; totus clemens remunerare .
Et ad meum me adtrahe forti ihm robore .
Tuq; dne o xpe o caput ecclesiae .
Ad tractum de porco ad te me dignanter recipe .
Et receptum solidare ne tenoli spernere .
Tuq; o rex sps ac dulcis paraclite .
Mei semper meminisse noli rex contempnere .
Sed da patrem filiumq; atq; te diligere .
Ds trine . ds une . ds clementissime .
Trinitas colenda corde mente atq; pectore .
Unitas amanda valde omni nobis tempore .
Quivis qua dni diligendus orbis in climatibus .
Sed mei plus imitatur corporis heu sensibus .
Quamvis munda totius esse de peccatoribus .
Miserere quaeso ds miserere concitus .
Succurre de porco prius quam infernus abyssus .
Me absorbeat quo nullus utilis est gemitus .
Respice quapropter prius filius et sps .
Trine ds atque une pereat quam famulus .
Quem plasmasti tuis piis miserando manibus .
Manuumq; tuarum opus respice clementius .
Si respexeris ploratus seq; tur uberrimus .
Immo simul ululatus erit amarissimus .
Ego pater ille tuus prodigus sum filius .
Abs te procul exul factus quis sum diutius .
Meretricibus coniunctus et consumptis omnibus .
Que tu bonis es largitus panis miser indigus .
Effectus sum subulcus saturari cupidus .
Siliquis reddedit nullus que dabantur suibus .
In me autem nunc reversus cum sim mendicissimus .